

ctus, & item caloris deficientis iā, & maximē quia viuit in ocio. Propter continuum igitur & copiosum fluxum facta dilatatio in colatorio renū, vbi fit separatio serosae aquositatis. Ideo propter nimiam dilatationem colatorij & imbecillitatem renū mingitur sanguis, & vrina similis quasi loturē carnis: rēnes enim famelici sunt, qui alimentū nullum habent, & subinde attrahunt, ideoque fluit sanguis, sicut in mammillis fit mulierum, quando nimia sit fuctio, tandem sanguis extrahitur: non autem potest verti in vrinam talis in materia attracta propter dilatationem colatorij. Quod exit, fœtidū est valde, propterea quod humores qui non bene regulantur à calore nativo, putrefiat facilius: possunt etiam esse obstrunctiones in viis, quæ prohibent exitum legitimū & debitam transpirationem, qua impedita facilē putrescent humores, ad quam putredinem certe postea sequitur febris per vapores ascēdentes ad ipsum cor. His instantibus, quia medici prudentes non temerē aliquid agunt, nisi sperent, quod assequi id quod velint & possint. Quare prius videndum an possis agere, priusquam agere incipias: quandoque enim contingit, vt desit virtus vel efficacia. Alias ratione agentis seu medici, quod non est in hoc casu, vel ratione materie, quæ ipsa etiam non deest nobis, habet & affidentes & optimæ omnia. Si itaque sit defectus, erit vel in natura, vel in virtute ægri, & fortasse in utroque: nam valde debilis est ratione ætatis. Tū adest affectus talis, vt sanguis quoque per vrinā quotidie plurimus exeat, & est in ultimo senio, quo tempore aliqui corpora loco sanguinis generant pituitam: vnde cūm cadit virtus eorum, nō facile restauratur. Vereor igitur ne cadat virtus hīc: si enim ceciderit, quomodo restaurabitur: cūm enim sanguinem generare non possit tempore sanitatis, in hac ætate constitutus, quomodo generabit tempore morbi? Prouidendum igitur, num desit virtus: si enim deest, deerit & materia, hoc est sanguis, & efficiens, id est, natura: frustra igitur operabimur. nam vna quælibet ars, cui deest materia, otiosa est: sed quia amici sumus & Christiani, non debemus eum relinquere.

Cusa. Debemus occurrere symptomati, habemus febrim & fluxum sanguinis, vnde incipiemus? Quantum ad febrim, ex quo materialis est, & ex fluxu dependet, indicat euacuationem: fluxus autem indicat restrictionē, quæ duo sunt opposita. Vbicunque materia sponte educitur à natura, etiamsi sit mala, cauendum tamen à restrictione: efficiuntur enim hinc incommoda multa. nullus fluxus etiamsi sanguis est refrigeradus, nisi manifeste sit casus virtutis. Estne igitur permittendum vt fluat? Non. Quid igitur faciendū? Non incipiamus à febre, sed à fluxu: videmus enim quod non potest curari febris, nisi curetur fluxus. Oportet igitur videre, ne hæc materia putrescat. Quid fieri? Si disponamus melius sanguinem, faciamusque laudabiliorē, & pro diversione apponendo ventosas sèpissimē in spatulis (phlebotomia enim nullo modo facienda in hac ætate ob casum virtutis, qui valde me-

A tuendus) ventosæ quoque apponantur in hypochondrio dextro super hepar, & in sinistro etiam ac brachiis cum corniculis, sicut vtuntur ij qui sunt in vaporariis. Fiant frictiones leues & suaves ad faciendam diversionem sanguinis. Contemporandus etiam sine adstringione, remouenda acrimonia cum potionibus & cibis, quæ sunt emplastica. Ideo vtatur talibus ferculis, quale exquisitissimē coctum & colatum. Et tragacanthū album paratum in aqua violarū bibatur in brodio pulli. Pedes vitulini & pullorum etiā retundunt acrimoniam: bibat vinum modicē adstringens & nigrum dilutum cum aqua, in qua decoctum coriandri. Vel:

R. Siliquas quæ incidentur cum iuiubis & myrtillis, ac decoquantur in aqua, & apponantur zuccharum. Habent enim hæc omnia viam obtundendi. Exterius applicarem renibus quæ corroborat eas partes, & nolle fortiter aut violenter restringere, & nonnisi moderatè refrigerant. Cbus, vt cum cerato Galen. infrigidante, aut succo plantaginis, portulacæ aut solatri, adderat aliquid cerato Galeni. Curarem vt omni die haberet beneficium ventris, idq; non cum rebus calidis, sed decocto violarum. Deinde hæc præscripta:

R. Gummi tragacanthi 3.iiij.

Diluatur in aqua violarum, de qua sumatur ad quantitatem auellanæ singulis vicibus in brodio pulli.

R. Myrtillorum

Siliquarum frustatum incisarū ana 3.iiij.
Iuiubarum num. x.

Decoquantur in q. s. aqua. Deinde:

R. Syrup. de agrimonie 3. i.

Syrup. de myrto 3.s.

Decoctionis suprà dictæ 3. iiiij.

Pro syrups nouem.

R. Vnguenti infrigidantis Galen. 3.iij.

Succi plantaginis

Portulacæ ana 3.iiij.

E Cum modico ceræ, fiat linimentum pro renib. Cuidam alteri post lögam goorrhœam min. genti sanguinem dixit, vt inungeret locum inter anum & scrotū, & circa collum vesicæ, oleo ictipionum & ex amygdalis amaris, quiesceret & vte. retur tenuiori victu: loco syrapi sumeret brodi pulli in quo decoctæ radices maluauifci, maluæ betonicæ, saluiæ. Curatus est.

CONSILIVM CCLXXXVI

F De ardore vrinæ pro muliere.

B X CERNEBAT per vrinā squamu-
las cum plurima spurca materia, & in-
terdum etiam aliquid sanguinis, itav-
nisi esset aliqua suspicio de apostema-
te, imò nisi alternis noctibus magis affigeretur,
& dolor non esset continuus, apostema certo ad-
esse iudicassent, quanquam possit etiam esse al-
iquid principium. Montanus vt per caniculari
hunc syrump biberet, ordinavit.

G R. Radicum
Et foliorum pentaphylli
Ceterach
Capillorum Veneris ana.

Coquad